

23

Συμπληρωματική απόφασις τῆς προηγουμένης, ὡς πρὸς τὸν τρόπον τῆς ἐκλογῆς καὶ τῶν ὑποχρεώσεων τῶν τριῶν τούτων προνοητῶν. 1342, Αὐγούστου 26.

F^o 123^r Millesimo trecentesimo XLII, die XXVI Augusti.

Capta. Cum captum sit in Rogatis quod mittantur tres prouisoires in Cretam, et quod ut fiant boni et sufficientes, eligatur una manus per dominum Ducem, consiliarios et capita, et due manus per electionem in maiori Consilio; et dicatur quod
5 post istam ordinationem aliqui exiuerunt de terra pro non essendo in hoc facto, quia debent respondere hodie per diem, et istud non sit bonum pro terra; uadit pars, quod illa electio, que fiebat per Dominum, consiliarios, et capita, fiat per scrutinium in consilio Rogatorum, et XL et due manus per electionem in maiori Consilio. Et omnes approbentur hic, et tres habentes plures ballotas, habendo
10 maiorem partem consilij, sint firmi. Et teneantur respondere hodie per diem, et ire cum galeis Cipri. Et si aliquis eligeretur, qui non esset in terra, qui recessisset postquam fuit captum in Rogatis de ipsis prouisoribus, teneatur respondere cras, usque ad tertiam sub pena predicta, et ire cum galeis, ut dictum est. Et non ualeat eis, qui exierint, ulla excusatio, uel defensio, sed soluant penam predictam absolute, et illis qui refutauerint tam de istis, quam de alijs, qui
15 essent in terra non possit fieri ulla gratia, uel remissio, siue elongare terminum sub pena librarum L pro quolibet consiliario, et capite et quolibet alio ponente partem in contrarium. Et si aliquis de illis, qui sunt in terra, refutaret propter infirmitatem, quia illi qui exiuerunt non possunt habere hanc excusationem, non
20 acceptetur sua excusatio, nisi fuerit approbata per duas partes consilij Rogatorum et XL. Et si consilium etc.

Ego Petrus Gradonico manu mea subscripsi

Ego Raynerius de Musto manu mea subscripsi

Ego Paulus Mudazo manu mea subscripsi

25 Ego Marchus Maurozeno manu mea subscripsi

Ego Prosdozimus Falletro manu mea subscripsi

Ego Raphainus de Caresinis notarius curie suprascripta duo consila de mandato prescriptorum dominorum ad hec constitutorum cancellavi.

29 1349, 23 Septembris.

24

Οἱ καπετάνοι τῆς συμμαχίας κατὰ τῶν Τούρκων θὰ ἐκλέγονται διὰ τεσσάρων ψηφοφοριῶν ὑπὸ τοῦ Μείζονος Συμβουλίου, θὰ θεωρεῖται δὲ ἐκλεγείς ὁ λαμβάνων τὰς περισσότερας ψήφους. 1343, Σεπτεμβρίου 18.

F^o 132^r Millesimo trecentesimo XLIII, die XVIII Septembris.

